puto neque Argolum neque Ricciolium de tam ampla eclypsi somniasse.
Et Jacobus Billius quidem in suis Tabulis Ludoviceis, parte 2da. pag. 141
posuit digitos Eclipticos, 17. 13.'' quibus propius ad veritatem accessit
quàm P. Ricciolius in sua nova Geographia, qui paucior. digitorum
10. 50 fore dixit. Sed et reliquus calculus Billij quoad determinationem
temporis videtur precisior. ~~Mitto tibi~~ videbis videm hanc Eclipsis solaris umbram
qualis fere apparuit in limbo, per grande tubospicillum projecta in pariete.

133

Si quæ plura sunt quæ in hac America animadversione digna erant, in
libello meo Oeconomia Cœli Brasiliensis breviter sunt adnotata, quo me remitto.
Non occurrunt plura quæ scribam, hoc unum te oro pervehementer, ut eorum quam
abste peto cordi habeas, Libellum vero meũ cura. et si quid de rebus tuis
habes ne omittas scribere. Deus te mihi pater amantissime diu incolumem
Societati servet, meque tibi aliquando restituat. Tuus totus semper

Bahyæ omnium Sanctorum, die 10. Augusti
Anno 1668

Amicus et Servus
Valentinus Estancel

Plurimam salutem omnibus qui me norunt.

Libello, aliquod frontispiciolum, pro tuo ingenio, adde si videbitur.
et aliqua exemplaria Ppb. Bohemiæ meo nomine transmitte.

R.do P.ri + in Christo Patri Athanasio
Cirkerio Soc.tis IESV Mathema,
tico Romano.

Roma.

Ex Brasilia.